

novum. Hinc copiose et pereleganter tractatur ille locus communis, sine virtute et labore ad veram gloriam felicitatemque non posse perueniri.

Ἐδόκει δὲ μοι καὶ τοιαῦτα λέγων προτρέπειν τὰς συνόντας ἀσκεῖν ἐγκράτειαν πρὸς ἐπιθυμίαν βρωτῶ, καὶ ποτῶ, καὶ λαγνείας, καὶ ὕπνου, καὶ ξιγῆς, καὶ θάλπει, καὶ πόνου. Ἰνὸς δὲ τινὰ τῶν συνόντων ἀκολαστοτέρως ἔχοντα πρὸς τὰ τοιαῦτα, ῥεῖπέ μοι, ἔφη, ὦ Ἀρίστιππε, εἰ δέοι σε παιδεύειν παραλαβόντα οὐο τῶν νέων, τὸν μὲν, ὅπως ἱκανὸς ἔσται ἀρχεῖν, τὸν δὲ, ὅπως μὴ ἀντιποιήσεται ἀρχῆς, πῶς ἂν ἐκάτερον παιδεύοις; βέλει σκοπῶμεν, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς τροφῆς ὡσπερ ἀπὸ τῶν στοιχείων; ῥεῖπέ καὶ ὁ Ἀρίστιππος ἔφη, Δοκεῖ γὰρ μοι ἢ

Ε 5

τροφῆ

§. I. πόνου] Tria ultima verba molestiam crearunt viris doctis, quod ad ἐγκράτειαν et ἐπιθυμίαν referri non possent. Sed non dubito, quin sanus sit locus. Centies enim docuerunt Critici recentiores, apud Graecos et Latinos scriptores plura v. c. substantiua ad idem verbum referri simul, quae singula commode non possent, et sufficere, quod proximum verbo locum occupat, et accommodatum verbum esse. Vt e Latinis, quoniam Graeca Stephanus attulit [in primis Doruillius ad Charit. p. 394 — 399. Z.], vnum exemplum afferam, Cic. de N. D. II, 64 extr. dicit: *Nec vero supra terram, sed etiam in intimis eius tenebris plurimarum rerum latet utilitas.* Eadem est horum Genitiuorum ratio, vt praeclare videre Henr. Stephanus et Portus, quorum neutrum miror obseruasse, §. 7 ἐγκρατεῖς τῶτων ἀπάντων dici non solum, qui in cibo, potu, Venere, somno continentes sunt, sed etiam, qui labores §. 3, frigus et aestum §. 6 ferre possunt. Aristoph. Nub. I, I, ὄζων τρογῶς — δαπάνης. Ceterum vsitatius erat

interponere καὶ καρτερίαν, quod fortasse excidit. *Enn.*

ἀκολαστοτ.] Paris. ἀκολαστέως, male.

Ἀρίστιππε] Aristippus, sectae Cyrenaicae (erat enim patria Cyrenaicus) auctor, omne bonum in voluptate ponebat, virtutemque ob eam rem censebat laudandam, quod efficiens esset voluptatis Cic. Off. III, 33. Socratis erat discipulus, sed et ingenio et moribus totaque adeo vita dissimilis magistri. Idem primus Socraticorum mercedem a discipulis exegisse perhibetur a Diog. Laërt. II, 65, eodemque auctore, Xenophon, quod infesto fuerit in Aristippum animo, hanc cum Socrate de voluptate et temperantia disputationem finxisse, et Aristippo tribuisse dicitur, vt eius incontinentia appareret. Eundem et Plato in Phaedone occulte petiit, quod ad Laërtium ostendit Menagius, eamque in rem laudavit notabilem locum auctoris libelli περὶ ἐρμηνείας. *Hindob.*

ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς τροφῆς.] Cf. ea quae de Lyeurgo tradit Plut. de puer. educ. c. IV, 17 et 18. *Hindob.*